



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

23 Maij. 10 Kal. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS

hā Vir-
a dedi-
æ cui-
ne ta-
s & ce-
cienti-
, per-
fami-
æ cui-
it se ad
.

Martyr.

XXIII MAJI. 461

tuodie, iterum ultrò ad ejusdem conditoris, seu loculi fundum demitti conspectum est.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, cuius honori Constantinus M. Imp. hodie mortuus, nullis sumptibus parcens, plurimas in diversis provinciis Ecclesias extruxit. Hanc mihi, ô gloria Domina, à Filio tuo gratiam exora, ut vires ego & facultates omnes, ad promovendam gloriam tuam, animo liberali semper impendam!

23 Maij. 10 Kal. Junii.

Sancte Desideri Episc. qui, quod Reginae impunitatem corriperes, contumelias, & exilium passus, ibi miraculis clarus, tandem à Christo ad martyrium animatus, pro persecutoribus orans, crudeliter occisus, plurimis postea miraculis clavisti; Regina verò suis voluptatibus fœdâ morte finem imposuit. Intercede et pro me, ut nullus manus respectus me ab æternis abducatur. Alta illa, & maxima altissimi, & maximi Dei principia, seu axiomata æternitatis, mihi imprime; ut illorum ductu ita semper

D d 3 agam

462 ANNI CÆLESTIS

agam in omnibus, ut me, post vitæ
meæ finem, ad altissimum, & maxi-
mum optimūmque rerum omnium
principium, Deum ducant. A-
men.

Sancte alter Desideri Ep. qui pro
tuis ovibus, ab exercitu vastatis,
supplex, gladio percussus es.

S. Epitaci Ep. & Basilee, MM.

Sancti Quinctiane, Luci, & Ju-
liane, Martyres.

Omnes sancti Martyres, hodie
confactis cruribus necati.

S. Leo Abba, Cælitibus familia-
ris, quem noctu orantem Sancti
Hilarius, Martinus, & Anianus in-
vitârunt ad beatam æternitatem,
felici morte, post triduum adeun-
dam.

Omnes sancti Martyres, hodie
appensi pedibus in sublime, fumo
suffocati, & lento igne consumpti.

Sancti Michaël, Mercurialis,
Euphebi, Episcopi.

Sancti Eutychi, & Forenti, mo-
nachii.

S. Guiberte, è probo ac nobili
milite, religiose cœnobii Gembla-
censis Fundator; qui multos ex
Hungaris, tunc adhuc gentilibus,
istic, ubi tu eras, omnia latè vastan-
tibus, ad fidem convertisti.

S. Bo-

IS
ost vitæ
& maxi-
mnum
ant. A-

XXIV MAJI.

463

S. Bobo, qui victoriam de hoste,
ope Sanctorum Petri & Pauli, retu-
listi gloriosam; cuius ossa, stellâ,
& effusa luce, honoravit cælum.

OMNES SANCTI, &c.

qui pro
astatis,

pag. 320.

S. MARIA, quæ ab hodierno tuo
Guilielmo visa es Filio irato supplices;
ut parceret propter amicos tuos. Placæ
illum è mihi, ac impetra, ut illius mi-
sericordiâ benè utar!

24 Maii. 9 Kal. Junii.

Sancte Simeon Stylites junior,
cujus sanctitatem S. Joannes
Baptista è cælo prædixit; qui sexen-
nis etiamnùm parvulus, à familia-
ribus tibi Cælitibus, & colloquiis,
& nectare, pastus es; orandi, ac je-
junandi jam tūm studiosissimus:
cui & leopardus, & leo, obedivere:
qui tandem gloriosâ in columnâ
statione peractâ quievisti, & jam
stas in conspectu Dei. Hanc mihi
tu stationem illuc procura. Ora, ut
hic ita stem, ut videam ne cadam;
ut me oratione, ac jejunio familia-
rem reddam Cælitibus, quorum
& solatia, & nectar in morte præli-
bem, & post mortem illis æternum
fruar. Amen.

Dd 4

S. Ma-